



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

Nona causa. Solvere non vetat alienos, atque ligare. Tres quæstiones
nonæ causæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

pontificem ab aliis accusatum priusquam sub luce obiecta confiterentur, exigat non relinquat.

¶ Canonum. Sic emendatum est ex vetustis codicibus, Enochus ipse, & Iovinianus prius legentibus, Decreti. Ceterum autem Enochus voluit canones, qui ante Symmachum de hac re editi erant. Qui vero in glossa citantur, sunt ex epistola Pontificum Symmacho pæsentibus. In Cartaginensi quidem concilio inserto in eodem canonem est undecimus canon, qui citatur infra, n. 9. 3. e. si quis Presbyter, & decimus numeratus, sup. 4. 9. 5. e. quisquis Episcoporum, & viginti quatuor citatus ibidem, c. placuit ad quas, & præcipue ad primam videtur spectasse Ennodius.

QVÆSTIO V.

Sine literis Apostolicis a Episcopo accusatus, & a sancta sede vocatus, ad suam non revertatur ecclesiam.

C. I. ¶ A sede Apostolica vocatus Episcopus ad dominum non revertatur, nisi purgatus, & Apostolicis literis instruitus.

Unde Sixtus Papa 1. antep. 2. c. 3.

Quilibet si fratrum pulsatus, atque ab hac sancta sede vocatus, cum se nobis representaverit, ad ecclesiam tamen non prius revertatur, quam literis Apostolicis, vel formatis pleniter instructus, atque purgatus sit, si fuerit unde: ut postquam domum reveritus fuerit, cognoscant vicini sui, qualiter suam aliorumque causam hic finierit: quatenus eam absque ambiguitate ulla nuntiare, & prædicare omnibus possit. Ab hac enim sancta sede a sanctis Apostolis tueri, defendi, & liberari Episcopi iussi sunt: ut sicut eorum dispositione, ordinante Domino, primitus sunt constituti, sic huius sanctæ sedis (cujus dispositioni eorum causas, & iudicia servaverunt) protectione, futuris temporibus sint ab omnibus pervertitibus semper liberi. Unde culpantur ii; qui aliter circa fratres egerint, quam huius sedis rectoribus placere cognoverint.

CAUSA IX.

Sententia excommunicationis notatus quidam Archiepiscopus, aliquos clericos alterius metropolitani ordinavit: quendam capellanum sui suffraganei, illo inconsulto, deponit, atque alium in loco suo ordinavit.

- 1. Hic primus queritur, an ordinatio, quæ ab excommunicato facta est, aliquo modo possit rati haberi.
- 2. Secundum, an liceat Episcopo, Archiepiscopo, Primati, vel Patri archiepiscopali alteri sine propriis literis ordinare.
- 3. Tertium, an Archiepiscopus clericos suffraganei sui, illo inconsulto, damnare valeat, vel damnatus absolvere.

QVÆSTIO I.

Quæ ordinatio, quæ ab excommunicato celebratur, nullas omnino virtutes atque effectus consecrati appellanda sit, testatur Gregorius lib. 3. epist. 18. dicens:

C. I. ¶ Non potest appellari consecrati, quæ sit ab excommunicato.

Non consecrati tamen dicere nullo modo possumus, quæ ab excommunicato hominibus est celebrata.

C. II. PALEA.

Excommunicati illicitè manus imponunt: quia potestatem ordinandi non habent. Vbi autem illicita est manus impositio, vulnus infligitur. Unde reiterari necesse est, quod minime probatur esse collatum.

¶ Hæc sequenti Palea absque a plerisque vetusta exemplaria a. Apostolica. b. Anst. l. 2. c. 8. c. Poly. lib. 2. tit. 37. l. 20. p. 4. c. 74. & p. 6. 134.

ribus: habentur tamen in uno valde emendato, in quo pauca haberi solent. Prior autem hæc videtur esse summa quadam sequenti.

C. III. PALEA.

[Unde Damasus Papa epist. 4. ait.]

Per a illicitam manus impositionem vulneratum caput illi, qui videbantur aliquid accepisse, habebant: & ubi vulnus infixum est, necesse est medicinam adhibere, qua infixa sanetur macula, id est, reiterari necesse est, quod legitime actum, aut collatum minime probatur, si perfectum esse debet. Nam quomodo honorem possit retinere; qui ab illo accepit, qui potestatem dare legitime non habuit, invenire non possum.

Sed excommunicati hic intelligendi sunt, qui in ipsa sua ordinatione panam excommunicationis contraxerunt, qui nunquam in numero catholicorum fuerunt. Ceterum, qui inter catholicos prius deputati sunt, si postea excommunicationis sententia notati fuerint, ordinatione tamen eorum ab ecclesia misericorditer tolerantur.

C. IV. ¶ Ordinationes ab excommunicato, non simoniace factæ, ex misericordia tolerantur.

Unde Urbanus Papa secundus scribit, dicens.

Ab excommunicatis, quondam tamen Catholicis Episcopis ordinatos, si quidem non simoniace ordines ipsos acceperunt, & si ipsos Episcopos simoniacos non fuisse confiterentur, ad hæc, si eorum religiosior vita, & doctrina prærogativa visa fuerit promereri, poenitentia iudicata, quam congruam duxeris, in ipsis, quos acceperunt, ordinibus permanere permittas. Ad superiores autem conscendere non concedimus, nisi necessitas, vel utilitas maxima flagitaverit, & ipsorum sancta conventio promeruerit.

Sed illud Gregorius d. de nominatum excommunicatis intelligitur: quorum ordinatione sunt irritæ, si eorum damnatio non erat ordinanda incognita.

C. V. ¶ Qui nominatum excommunicati sunt, & qui aliorum sedes invadunt, alios ordinare non possunt.

Unde idem Urbanus ait in synodo Placentina, cap. 9. & sequentibus.

Ordinationes, quæ ab hæreticis nominatum, excommunicatis factæ sunt, & ab eis, qui catholicorum adhuc viventium Episcoporum sedes invaserunt, irritas esse iudicamus: nisi probare valuerint, se cum ordinarentur, eos necesse damnatos. Qui vero ab Episcopis quondam catholice ordinatis, sed in schismate à Romana ecclesia separatis consecrati sunt, eos nimirum, cum ad ecclesiam unitatem redierint, servatis propriis ordinibus, misericorditer suscipi iubemus: si tamen vita, & scientia eos commendat. An modo vero, quicumque à prædictis schismaticis, sanctæque Romanæ ecclesiæ adversariis se ordinari permiserit, nullatenus hæc venia dignus habeatur. Quamvis hæc autem misericordie intuitu, magnaque necessitate cogente, hæc in factis ordinibus dispensationem constituerimus: nullum tamen præiudicium sacris canonibus fieri volumus: sed obtineant proprium robur, & cessante necessitate, illud quoque cesset, quod pro necessitate factum est. Vbi enim multorum strages faceret, ibi subtrahendum est aliquid severitati, ut non addatur amplius charitati.

¶ Ut addatur, &c. Hæc sunt addita ex concilio ipso, Eloquentius quodam, nisi à catholicis facta fuerit, irrita esse probatur.

a Sup. l. 7. 7. per illicitam. b sup. ead. nos consecrationem. c Anst. l. 2. c. 74. l. 20. p. 4. c. 74. d sup. ead. nos consecrationem. e Poly. l. 2. tit. 37. l. 20. p. 4. c. 74. f Cl. 11. g. C. 12. h. C. 15.

neum, quæ ad ejus curam minime noſcitur pertinere, ad aliquid ordinandum, neque Presbyteros aut Diaconos conſtituere, ad alios 2. Episcopos pertinentes, niſi forte cum voluntate & teſtimonio 3. propria regionis Episcopi. Quod ſi a quipiſiam horum quid tale facere voluerit, irrita quidem erit hujusmodi ordinatio, & quæ male 4. uſurpaverit, à ſynodo arguantur. Nam ſi ordinare non poterit, nullatenus ad alios pertinentes judicare præſumat.

1. ¶ Ad aliquid] In hoc etiam canone Dionysii verſio prior eſt, hic autem habet, ſuper ordinatione cujuſquam, quod græce eſt, ἐπιτομία πρὸς ἰδίῳ, ut quempiam ordinet.

2. ¶ Ad alios Episcopos] Eodem ſere modo Dionysius Græce legitur, ἄς τῶν ἐπιτομῶν ἐπιτομῶν, id eſt, in locis alteri Episcopo ſubjectis.

3. ¶ Et teſtimonio] Græce tantum eſt, ἐπιτομῶν, quod Dionysius vertit, cum conſilio & voluntate.

4. ¶ Et quæ male] Sic eſt emendatum ex verſuſu exemplaribus, & ex cæteris editionibus conciliorum, præter hæc poſtremam quatuordecimam. Dionysius habet, & ipſe coeſtatur à ſynodo, quod Græce eſt, ἀπὸ τῶν ἐπιτομῶν ἰδίῳ τῆς οὐνοῦ τοῦ ἁγίου, id eſt, & ipſe puniatur à ſynodo.

5. ¶ Nam ſi] Ita hæc clauſula in Græco canone, cujuſ tria exemplaria manuſcripta collata ſunt, minime habetur: ſed & græca verſio & Dionysiana habent. Similia ſententia legitur ſup. nullus prima.

C. VIII. ¶ Non accedant Episcopi ad eccleſias, quæ ſunt extra eorum diocēſim.
Item ex ſynodo Conſtantinopolitana prima, c. 2.

Episcopi, qui extra diocēſim ſunt, ad eccleſias, quæ extra terminos eorum ſunt, non accedant, neque confundant, & permisceant eccleſias. Secundum 1. regulas ſtatuta; Alexandriæ quidem Episcopi ea, quæ ſunt in Ægypto; tantummodo gubernent. Orientales autem Episcopi ſolius Orientis curam gerant, ſervatis tamen honoribus Primatus eccleſiæ Antiochenæ, qui in regulis Nicænæ ſynodi continentur. Sed & Aſianæ diocēſis Episcopica, quæ ſunt in Aſia, & quæ ad Aſianam tantummodo diocēſim pertinent, gubernent. Pontici autem Episcopi Ponticæ tantam diocēſim habeant curam. Thraciæ verò ipſius tantummodo Thraciæ.

1. ¶ Secundum] Mutata eſt interſcriptio, ut magis reſpondeat Græco canoni, ἀπὸ τῶν ἰδίῳ τῶν ἁγίων Ἀλεξανδρίας, &c. quod Dionysius vertit, ſed juxta canones, Alexandrinus Antiſtes, &c. In editione autem conciliorum in tribus tomis decant hæc verba, ea quæ ſunt in Ægypto tantummodo gubernent. Orientales autem Episcopi.

C. IX. ¶ De eodem.
Item ex eodem, c. 3.

Non inſati Episcopi ultra diocēſim accedere: non debent ſuper ordinandis aliquibus, vel quibuſcumque diſponendis eccleſiaſticis cauſis, ſervata regula 1, quæ ſupra ſcripta eſt de una quaque diocēſi. Maniſteſtum namque eſt, quod per ſingulas quaſque provincias provincialis ſynodus adminiſtrare & gubernare omnia debeat, ſecundum ea, quæ ſunt in Nicæa definita.

1. ¶ Servata regula] Ita in omnibus editionibus hujus præſa verſio: ſed in Græco canone hic eſt initium periodi, & quæ ſequitur ex ipſo pendens, quemadmodum Dionysius vertit. ſervata verò quæ ſcripta eſt de gubernationibus 6. regulâ maniſteſtum eſt, quod illa, quæ ſunt per unquamque provinciam, ipſius provincie ſynodus diſpenſet, &c.

2. pars. Hiſtauctoritatibus prohibentur quilibet Episcopi clerici alterius ordinare. Sed quaritur, ſi contingat eos aliquibus ſacerdotibus ordinare, an ordinari ab Episcopo ſuo in propriis ordinibus recipi poſſint.

a. Sup. nullus prima. b. ἐπιτομῶν διοικήσεων.

C. X. ¶ Clerici ab Episcopo alterius parochie ordinati, à proprio in ſuis ordinibus recipi poſſunt.

De huiusmodi ſcribit Urbanus Papa Hugoni Lugdunensi Archiepiſcopo.

Lugdunensis a parochiæ clericos, quos contra ſtatuta canonum ab alterius parochiæ Episcopis ordinatos ſine ſtatuta ſignificatione monſtraſti, cum graduum ſuorum honore recipere religionis tue prudentia poterit, ſi eos aliâs canonicè, & ſine pravitate aliqua ordinatos conſiderit: ſi tamen eorum probabilem vitam id indulgentiæ perſpexeris promereri. Legimus quippe ſanctum Epiphanium Episcopum ex diocēſi ſancti Ioannis Chryſoſtomi quosdam clericos ordinariſſe: quod ſanctus vir omnino non feciſſet, ſi ei detrimentum fore perſpenderet. Quos igitur recipendos moderatio tua arbitrata fuerit, injunctâ, ſatisfactionis gratia, propter eccleſiam, quam offenderunt, congrua poenitentia, miſerationis intuitu in ſuo quemque honore recipies, ſalva in omnibus ſanctorum canonum diſciplina.

QUESTIO III.

Quod autem Archiepiſcopus clericos ſui ſuffraganeis, illo in conſilio damnare valeat, vel abſolvere; ſic videtur poſſe probari. Sicut totius Episcopatus eccleſia in poteſtate ſunt Episcopi, ſic & eccleſia totius Archiepiſcopatus ad diocēſim pertinent Archiepiſcopi. Vocantur enim Episcopi à metropolitano in partem ſollicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis. Si quippe vices eius impertit, ut poteſtatem ſuam ſibi non adimat. Vide & ſine cuius conſilio nihil ei agere licet, ſicut in concilio Martini Papæ e legitur, c. 4.

¶ Nec Episcopi ſine metropolitani conſenſu, nec ille ſine eorum conſenſu aliquid agere debet.

I. Per ſingulas provincias oportet Episcopos cognoscere metropolitani ſi ſunt, & ipſum Primatus curam ſuſcipere: nihil autem agere reliquos Episcopos præter eum, ſecundum quod antiquitus à patribus noſtris conſtitutum continetur in canone g. Propter quod metropolitani Episcopi nihil præſumptivè aſſumant & abſq; conſilio cæterorum.

C. II. ¶ Sine metropolitani conſenſu extra ſuam diocēſim nihil agat Episcopus.

Item ex concilio Antiocheno, c. 9.

II. Per ſingulas provincias Episcopos ſingulos ſcire oportet, Episcopum metropolitani, qui præeſt, curam & ſollicitudinem totius provincie ſuſcepſiſſe. Propter quod ad metropolitani civitatem ab his, qui cauſas habent, concurratur. Quapropter placuit eum, & honore præcellere, & nihil ultra ſine ipſo reliquos Episcopos agere, ſecundum antiquum Patrum noſtrorum canonem, niſi hoc tantum, quod unicuique eccleſiæ per ſuam diocēſim competit. Vnquamque enim Episcopum oportet habere ſua diocēſis poteſtatem, ut regat & gubernet ſecundum competentem ſingulis reverentiam, & providentiam gerat omnis regionis, quæ ſub ipſius eſt civitate: ita ut etiam ordinare ei Presbyteros & Diaconos probabili iudicio liceat, & de ſingulis ipſius regionis cauſis cum moderatione & pondere diſceptare. Ultra autem nihil agere permittitur citra Metropolitani Episcopi conſententiam: nec metropolitani ſine cæterorum aliquid gerat conſilio ſacerdotum.

a. Ivo p. 6. c. 42. b. al. eccleſia. c. Socrates l. 6. Hiſtor. c. 24. d. 13. Triper. l. 10. c. 11. Nice. l. 13. c. 13. d. al. eu. e. in capitulis Martini Bracarenſis, c. 4. f. al. primatum metropolitani Episcopi. g. Apoſt. can. 34. h. al. ſibi aſſumat. i. Apoſt. can. 34.

inconsulto, quasi jure Patriarchatus tui disponas: cum hoc nec antiquitas (cui Patres sanxerunt reverentiam) habeat, & auctoritas factorum canonum penitus interdicit: nisi forte pro causis, quæ apud se terminare non possunt, ad te quasi ad Patriarcham suum provocaverint, vel si Episcopus suus decesserit, res ecclesiæ suæ iudicio tuo dispensare voluerint. Primates enim, vel Patriarchas nihil privilegii habere præ cæteris Episcopis, nisi quantum sacri canonis concedunt, & præca consuetudo illis antiquitus constituit, definimus: ita ut secundum Nicænas regulas sua privilegia servantur ecclesiis: præterquam si Apostolica sedes aliquam ecclesiam, vel ipsius rectorem, quolibet speciali privilegio de creverit honorare.

C. IX. ¶ De eodem.

Item Beda a super Apocalypsim [& Angelo calceat Episcopi scribo.]

Episcopo scribit, de cuius manu peccata subditorum requirit, ne sine ejus consensu subditos iudicare debeat.

¶ In glossa ordinata sic legitur, & angelo, id est, Episcopo scribit: de manu cuius peccata subditorum requirit, & sine cuius consensu subditos iudicare non præsumit ipse Ioannes.

Sola enim Romana ecclesia, sua auctoritate valet iudicare de omnibus: de ea vero nulli iudicare permittitur.

C. X. ¶ Apostolica sedis iudicium à nemine est retractandum.

Unde Nicolaus Papa ad Michaëlem Imperatorem in epistola, cuius initium [Proposueramus.]

Patet h' profecto sedis Apostolicæ (cuius auctoritate maior non est) iudicium à nemine fore retractandum: neque cuiquam de ejus licere iudicare iudicio: juxta quod Innocentius Papa Rufino, & cæteris Episcopis per Thessaliam constituitis, scribens, ait. [Nemo unquam Apostolice culmine (de cuius iudicio non licet retractare) manus obvias audacter intulit, nemo in hoc rebellis extitit, nisi qui de se voluit iudicari:] & beatus Papa Gelasius c. [Nec de ejus iudicio (id est, Romanæ ecclesiæ) canones unquam præceperunt iudicari, sententiamque illius constituerunt non oportere dissolvi, cuius potius ferenda decreta mandaverunt.]

Capit hoc apud cæteros etiam collectores, multis verbis omisso in summam quandam redactum est.

¶ Innocentius in epistola Nicolai, & apud reliquos collectores est, Bonifacius. Verum neq, in Bonifacio, neq, in Innocentio epistola inveniuntur, quæ hic assertur. In ea verò epistola Nicolæ refert etiam alia quadam ex epistola Bonifacii ad Episcopos per Thessaliam.

C. XI. ¶ Ab aliis damnatos, vel excommunicatos Apostolica servat auctoritas.

Item Athanasius Patriarcha Papa Felici secundo d.

Fuit e semper vestre sanctæ Apostolicæ sedi licentia iniuste damnatos, vel excommunicatos potestativè sua auctoritate restituere, & sua eis omnia reddere, & illos, qui eos condemnaverunt, aut excommunicaverunt, Apostolice punire privilegio: sicut etiam nostris, & anterioribus cognovimus actum temporibus.

C. XII. ¶ De eodem. Item ibidem paulò inferius.

Aniquis f' regulis sancium g est, ut quidquid (quantvis in remotis, aut in longinquo politis provinciis) super Episcoporum querelis, aut accusationibus ageretur, non prius tractandum, vel accipiendum esset,

a Glossard. ad eum locum Apoc. 2. b Anst. l. 4. cap. 75. c Infr. ea. ipsi sunt. 5. nec de ejus. d In tome con. e Ivo par. 5. cap. 23. f Ivo ibid. g al. consimom.

quàm ad notitiam alme sedis vestre fuisset deductum, ut hujus auctoritate, juxta 1 quod fuisset faciendum, pronuntiatio infirmaretur, aut firmaretur.

¶ Juxta quod Ivo legit, juxta quod fuisset pronuntiatio, infirmaretur, aut firmaretur. In corpore conciliorum, juxta quæ fuisset pronuntiatio, &c.

C. XIII. ¶ Prima sedes nullius iudicio subjacet.

Item Innocentius Papa.

Nemo iudicabit primam sedem, justitiam 1 temperate desiderantem. Neque enim ab Augusto, neque ab omni clero, neque à regibus, neque à populo iudex iudicabitur.

¶ In omnibus vetustis Grævan exemplaribus citatur ex Innocentio. Sed ferè eadem habentur in concilio Romano, sub Sylvestro, c. 20. & ex ipso citantur in concilio collectore.

¶ Iustitiam temperate desiderantem] Sic etiam in Pannormia ex Sylvestro. Sed in vulgata concilii editione est, quoniam omnes sedes à prima sede iustitiam desiderant temperari.

C. XIV. ¶ De eodem.

Item Symmachus Papa.

Aliorum b hominum causas Deus voluit homines terminare, sed sedis istius præfulis suo, sine quaestione, reservavit arbitrio. Voluit beati Petri Apostoli successores cælo tantum debere innocentiam, & subtilissimi diffusoris indagini inviolatam exhibere conscientiam. Nolite æstimare eas animas inquisitionis c non habere fovindinem, quas Deus præ cæteris suo reservavit examini. Non habet apud illum reus de allegationis nitore subsidium, quando ipsorum factorum utitur eo teste, quo iudice. Dicat forsitan, omnium animarum talis erit in illa disceptatione conditio: replicabo, uni dictum d, [Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam: & quæcunque solveris super terram, erunt soluta & in cælis.] Et rursus sanctorum voce patet, Pontificum dignitatem sedis ejus, factam toto orbe venerabilem: dum illi, quidquid fidelium est ubique, submititur: dum rotius corporis caput esse designatur. De hac mihi videtur dictum per Prophetam. e [Si hæc humiliatur: ad cuius confugietis auxilium? & ubi relinquetis gloriam vestram?]

C. XV. ¶ De eodem.

Item Anterus Papa Episcopis provinciarum Basiacæ & Tolitanæ.

Facta f subditorum iudicantur à nobis: nostra verò iudicat Deus. & infra. ¶ Deteriores g sunt qui vitam, moresque bonorum corrumpunt, his, qui substantias aliorum, prædiazque diripiunt.

C. XVI. ¶ De eodem.

Item Gelasius Papa ad Faustum legatum.

Ipsi h sunt canones, qui appellationes totius ecclesiæ ad hujus sedis examen voluere deferri. Ab ipsa verò nusquam profrus appellari debere sanxerunt: ac per hoc illam de tota ecclesiâ iudicare, ipsam ad nullius commere iudicium: nec de ejus unquam præceperunt iudicio iudicari, sententiamque illius constituerunt non oportere dissolvi, cuius potius decreta sequenda mandantur.

C. XVII. ¶ De eodem.

Item omnibus Episcopis i.

Cuncta k per mundum novit ecclesiâ, quòd sacro-

a Sylvester in conc. Romano, c. 20. Poly. l. 1. tit. 16. Deus dicit p. 3. Anst. l. 1. c. 19. & l. 4. c. 39. Pann. l. 4. c. 5. b In hb. Emmodii. Poly. ibid. Anst. l. 1. c. 24. Ivo p. 5. c. 10. Pann. l. 4. c. 8. c al. de inquisitionibus. d Matth. 16. e Esa. 10. f Poly. ibid. Anst. l. 1. c. 33. g Suprà, l. 1. c. 10. ex merito 3. cum seq. Nicol. ad Michaëlem episc. 7. Anst. l. 1. c. 56. Ivo p. 5. c. 9. h Sup. ea. patet. in fin. i In epist. ad Episcopos per Dardaniam constitutos. k Poly. l. 1. tit. 8. Anst. l. 1. c. 47. & l. 5. c. 16. & 24. Pann. l. 4. c. 7.



sancta Romana Ecclesia fas de omnibus habeat iudican-
di: neque cuiquam de eius liceat iudicare iudicio. Si-
quidem ad illam de qualibet mundi parte appellandum
est, ab illa autem nemo est appellare permissus. ¶ Sed
nec illa praterimus, quod Apostolica sedes sine ulla sy-
nodo præcedente, & solvendi, quos synodus iniquè da-
mnaverat, & damnandi, nulla existente synodo, quos o-
portuit, habuit facultatem: & hoc nimirum pro suo
principatu, quem beatus Petrus Apostolus Domini voce
& tenuit semper, & tenebit.

¶ Omnia, quæ in hoc capite leguntur, habentur in epistola Go-
lasi ad Episcopos per Dardaniam: sed non eodem ordine compo-
sita. Caput autem sequens, in quo multa huius ipsius capituli verba
sunt, in eadem epistola eodem proprio modo habentur. Ubi
fieri potest, ut ex alia epistola caput hoc sumptum sit, quia non exierit
Gratianus hæc alia tanquam diversa capitula referat, quod a-
liud antiquiores etiam collectoris distincta repperit. In epistola
etiam Nicolai ad Episcopos Gallie, quæ nuper est impressa in ap-
pendice bibliotheca, hæc citatur ex Gelasio.

C. XVIII. ¶ De eodem.

Idem Episcopos per Dardaniam constituitur.
Omnia per mundum novit ecclesia, quoniam quo-
rumlibet sententiis ligata pontificum, sedes beati Pe-
tri & Apostolica auctoritate omnia, quæ eis ablata
sunt, integerrime reddi præcipimus, si non vultis & vos,
& principes vestri a collegio nostro, & membris ecclesie
separari.

C. XIX. ¶ De eodem.

Item Sixtus Papa secundus Hispanorum Epi-
scopis epist. 2. c. 4.
¶ Fratres, quos timore terreno iniuste damnavistis,
scitote a nobis iuste esse restitutos: quibus ex sancti
Petri & Apostolica auctoritate omnia, quæ eis ablata
sunt, integerrime reddi præcipimus, si non vultis & vos,
& principes vestri a collegio nostro, & membris ecclesie
separari.

C. XX. ¶ Cuiuslibet ecclesie clericos Papa
volet ordinare.

Item Stephanus Episcopus Guallberto
Patriarcha.
Nunc vero iterato tibi scribimus, nolentes alicui-
us ecclesie privilegium infringere, licet Apostolica
prærogativa possimus de qualibet ecclesie clericum
ordinare: desine jam cuiuspiam zelo Cumenensis eccle-
sie animum protelare: quia si protelaveris, & eum
consecrare jam toties monitus non maturaveris, procul-
dubio ad nos veniens, consecratus abibit.

C. XXI. ¶ De eodem.

Item Nicolaus Papa Michaeli Imperatori in epistola,
cuius initium, Proposueramus.
¶ Per e principalem beatorum Apostolorum Petri &
Pauli, de qua supra partim exposuimus, potestatem,
jus habemus, non solum monachos, verum etiam quos-
libet clericos de quacunque diocesi, cum necesse fuerit,
ad nos convocare, atque ecclesiasticis exigentibus oppor-
tunitatibus invitare.

Sed aliud est, quod ex temeritate assentitur præsumptioni:
aliud quod ex necessitate geritur charitativè. Cum suffraganeus
Archiepiscoporum, subditis suis ad malum favere ceperit, atque
eorum correctiones, negligenter extiterint, tunc licet me-
ropolitani præter illorum voluntatem, & legando damnare, &
reconciliandos absolvere. Cum vero Episcopi zelo divina cha-
ritatis accensi, bono verbo & exemplo adsint, & meliorum vi-
tia aspera, in oratione redarguant, absque talium consilio non li-

a Anst. 2. c. 27. Poly. l. 1. tit. 1. Burch. l. 1. c. 192. Ivo par. 1. c. 247.
b Anst. 6. c. 31. Ivo p. 1. c. 21. c. sup. 1. qui Anst. lib. 1. c. 82. &
Ivo. 14.

cet metropolitanus in eorum parochia aliquid agere, vel desine-
re. Unde in fine capituli Martini Papæ non simpliciter dicitur
[nihil agat] sed cum determinatione [nisi præsumptio a quo
mat absq. eorum consilio] ut ritum præsumptionis eadem
improbationem non officium charitativè. Sic & Apostolus, quæ
in rubris vidit negligenter circa correctionem fornicatorum sua
ritate illum damnavit. Ioannes vero, quia Episcopum Episto-
rum vidit paratum ad corrigenda vitia subditorum, sine episcopi
clonate b illos corrigere noluit: sed illum tantum de eorum con-
ditione admonuit.

CAUSA X.

Videtur laicus basilicam a se factam a diocesi
lege segregare querit: Episcopus ecclesiam cum
omni dote sua ad suam dispositionem pertinere con-
stat: tunc ne unquam Episcopus, & per parochia-
litibus conuincatur de se a diocesi
tanquam sibi debita usurpare contendit.
1. Modò primam queritur, an basilica cum omni dote sua ad Ep-
iscopos ordinari non pertinet.
2. Secundo, an res ecclesie cum Episcopi usurpare licet.
3. Tertio, quid nimirum cathedralis a suis sacerdotibus exquirat
licet.

QUESTIO I.

D E prima questione sic definitur in concilio
Vaticano, cap. 3.
C. I. ¶ Basilica, quæ consecratur, a diocesi
lege non segregatur.

S I ex laicis quisquam a se factam basilicam consecratam
desiderat, nequaquam eam sub monasterio speculato
congregatio non colligitur, a diocesi lege aucta
segregare.
1. ¶ Colligitur. In concilio impresso, ac manifeste
vel regula ab Episcopo non constituitur.
C. II. ¶ Ecclesia cum dotibus suis in Episcopi
potestate consistit.

Item ex concilio Toletano 3. c. 19.

S I quisquam contra omnem auctoritatem ecclesie
quas a edificaverint, postulant consecrare, ut diocesi
quam eidem ecclesie contulerint, censent ad Episcopi
ordinationem non pertinere. Quod factum taliter
præterito corrigatur, ut & in futuro, ne fiat, prohibetur:
sed omnia secundum constitutionem antiquam, ad Ep-
iscopos ordinationem, & potestatem pertineant.

¶ Taliter. Si est in antiquis ordinibus, & in
Vaticani conciliorum edictibus: sed in Colonensi, quæ in
rum editione, & in codice Lucensi Regio, & in concilio
& Moguntino, & in Pannormia hoc modo, quod factum, &
præteritum displicet, & in futuro prohibetur.

C. III. ¶ Ecclesia, & omnia iura eorum ad ordi-
nationem Episcopi pertinent.

Item ex concilio secundo Cabilonensi.
Decretum est, ut omnes ecclesie cum dotibus
suis, & decimis, & omnibus suis, in Episcopi po-
testate consistant, atque ad ordinationem suam semper
pertineant.

¶ Taliter. In vulgari sequitur, iuris, quæ res
omnibus collata manuscriptis. Apud Irenæum, & Basiliensium
est, omnibus suis rebus.

C. IV. ¶ Unaque parochia Episcopi potestati
regatur.

a supra ead. per singulas. i. sup. cum firmis. b. probatur. b. in
pra. Episcopi. c. Et in Varnacensis cap. 8. & 11. & in Moguntino
sub Arnulpho, cap. 4. d. vel canonum. In Trul. ca. 6. Basiliensium
l. 2. c. 20. Ivo pag. cap. 23. Pannorm. lib. 1. c. 12. c. Basiliensium
l. 1. c. 21.